

Consilium Apollinis medici de praesidio hygieæ, circa solennia introduction...

1700-1829 81 Cbza 1701 Wallerius



National Library
of Sweden

Consilium

APOLLINIS MEDICI

De Praesidio Hygieæ,

Circa solennia Introductionis

EXPERIENTISSIMI DOCTORIS,

DOMINI

NICOLAI VALLERII,

Quæ XII. Febr. Anno MDCCI,

Ad Auram celebrabantur,

In Dialogo

Audito,

Et que ex memoria non exciderant,

Calamo festino exceptum.

à

N. F.



HYGIEA.

Hei mihi! quam misere modis mille affligor, crucior, jactor!
Nec sane, quam sana sum, quo me recipiam, satis certo scio!
Et Quis me ab jurato meo hoste indemnem præstabit,
atque tutabitur?
ubi consilium, præsidium, atque opem, inveniam?

MORBONA.

Quisque suis ingemiscit malis;
A me immerito, Confangere, tu temet angis.
Divisum ego ut tecum habeam Imperium, solenne est.

HYGIEA.

O tu quondam, & fidus ACHATES, & dulce decus meum,
Præses atque stator, Senex Coë,
& Tu Machaon Pergamene,
Vos imploro atque obtestor!

MORBONÆ Sarcasmus.

Implores licet Æsculapium, cumque eo omnes *ἰατρῶν παῖδες;*
Meum mihi imperium non eripies.

HYGIEA.

Vos, ô mei! favete! atque hanc mihi gratiam facite!
In tutelam me Vestram excipite.

ÆSCULAPII CHORUS,

Infesta nobis nunquam non est, & negotium facefit
infelix illa Harpyja;

Nunquam tamen Tibi deerimus, dilecta nostra Hygiea!

MORBONA.

Non tam magnum mihi illinc periculi metuitur.
Imbecilliores illi omnes, quam ut mihi profligandæ suffecerint,
quos jam dudum suus olim Præses & Patronus destituit

HYGIEA.

Ita me Mei ament! atque mihi istud, quod imploro,
auxilii, præstent!

Quam mihi minus à te, Harpyja, mali metuendum est.

MOR.

MORBONA.

Scilicet; felices Tu tuos illos prædicas,
quia *successus eorum Sol intuetur,*
bumus errores operis.

ÆSCULAPIUS.

O caput insulsum atque impudens!
Ab arte nostra isti imparati sunt,
Et à nobis profecto non exierunt.

Te obtestamur dilecta gnata *Hygiea*

HYGIEA.

O Pater atque stator rerum nostrarum!
in te stantque caduntque spes nostræ.

MORBONÆ Sarcasmus.

Ha! ha! unde ergo, si non à me, tantus iste Cœtus Vestri splendor?

Unde *sua Galeno opes?*

ÆSCULAPII CHORUS.

Dat *Galenus opes;*

Nihil turque Aricenna quadrij.
Verum, hoc, ex te victa & profligata, nostra nobis *Hygiea* bo-
ni confert.

MORBONÆ querela.

De Vobis, est, quod summo jure meo querar;
A vobis tantum mihi eheu! damni est atque cladis!
victa conticesco,

* * *

CONSILIUM CHORI.

Nomine igitur, consensuque omnium nostro exhibit
Lectissimus jam diu chori Nostri *Galenus,*

Alumnus, atque fidus socius,

NICOLAUS VALLERIUS.

Hic dilectæ nostræ *Hygiea* auxilio erit,

Hic,

qui, ad aram nostram tot ferta suspendit,

Dignus est, per quem corollas reportemus.

ÆSCUL

2 *AUSCULTATORES.*

Eja! jam populi salus, beneficio tuo, *Hygiea*, facta recta est.

Plaudite.

* * *

Garrulus.

Non ~~apstinet~~ plaudere.

Cum Medico opus est, populus non bene habet.

Cavillator.

Cum Medicus bene habet, populo malè est.

Auscultatores.

Let inter nos Medicus, ut reliqui benè valeant!

Applausus populi.

Valeat! Vivat! Vigeat; & sub auspicio *Hygiea*
utriusque nostrum benè sit!!!

Plaudite.

